



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Laudatur an Euerhardo Præposito Generali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

gratulatus his verbis sit. Gaudeo, & gratulor quod Reuerentia Vestra Comitissæ Curia expedita ad nostros maturè redierit, viceritq; omnes eorum, qui illam retinere conabantur, preces. Quo animo si essent omnes nostri, qui aulas frequentant, non tantùm nobis molestiæ aliquando afferrent, & certè cum ipsis etiam Principibus nullum nobis, aut exiguum esset negotium. Quare quod Reuerentia vestra valdè nos hortatur, vt quam maximè Aulas à societate propulsemus, equidem puto hoc me affirmare posse, nemini me concedere, vt id ardentius ex animo exoptet.

*Laudatur ab
Euerardo Pra-
posito Generali.*

Annus insequentem seculi octogesimum partim adiutor Prouinciali, partim etiam Vicarius egit, cum Hoffæus adulto iam vere in Heluetiam abiisset. Deinde cum Gregorius Pontifex Brixienti Episcopo Delphino, quem ad Conuentum Norimbergæ instantem mittebat, Theologum de Societate iussisset adiungi, ipse Canisius ex Episcopi delectu destinatus est. Sed conuētū illo dilato primum, mox alio translato, pro Norimberga Friburgum in Heluetiam extremū sub annum petiit, vbi demum finem peregrinandi fecit. Hæc pars vltima, & quasi supremus actus

1580.

*Friburgum
Heluetiorum
mittitur.*

q

Vitæ